

Εών θεῷ τε καὶ πολιτείᾳ αἰγαθῇ.

ΓΑΜΗΛΙΑ

Nuptijs

Viri, pietatis, eruditionis atq; virtus-
tum laude ornatissimi,

Dn. TOBIÆ CVNO-
nis patriæ Scholæ, quæ est Chem-
nitij, Cantoris & Collegæ digniss.

S P O N S I :



Lectissimæ, pudicissimæq; virginis

R O S I N Æ,


Viri Reverendi atq; Doctissimi Dn. Heinrici
Cleë, Ecclesiastæ ad D. Nicolai apud
Chemnicenses fideliss. filiæ,

S P O N S Æ :

Celebratis die 25. Nov. Anno MDCVI,

CONSECRATA
Piæ animi devotionis ac congratulationis ergo
à Collegis & amicis.

LIPSIÆ, Abraham Lamberg excudebat.



TOBIAS.

Ivino coëunt TOBIAS & casta ROSINA
Fœdere, quod pangit pronuba sanctas TRIAS.
Eja age connubij faustum rapiamus in omen.
Nomina. Cur TOBIAS virgo ROSINA datur?
An, quia conformis Tobie si moribus esses;
Ominor & junctum prospere toro:
Namq; potest fieri nunquam pietatis amata
Quin stet apud summum gratia certa Patrem.
Ecce senis cæci, spes unica, Filius, edi
Haud sat habet, veri patre timente Dei.
Ipse sed in Jovam pietatis munere fungens,
Prosequitur studio non leviore suos,
Inde Deo, & superis gratissimus ipse ministris
Vnus agit, felix usq; tenore pari.
Dux, comes atq; via namq; Angelus adst at eidem:
Quo tutante, malum cogitur esse bono.
Instruit hic monitis juvenem; thalamumq; pudicum
Conciliat: Vitam præsidioq; tegit.
Tandem opibus multis famulisq; & conjuge adiuctum,
Sanati incolumem sistit in æde Patris.
Ergo Deum vera quoq; discite mente vereri,
Vos quis connubij subdita colla jugo.
Criminibus puram; quantum licet; addite vitam:
Et facilem vobis se dabit ipse Deus.
Nam nostris precibus patesque janua cœli:
Letaturq; bonis turba sacra poli.
Hac stipante, tori faustum descendite limen:
Tedarum & castas, quoq; foveate faces.
Qui Deus instituit, celebravit, & usq; sacravit
Conjugium; Nuptis adst & bisce novis.

A 2

ROSINA.

ROSINA.

Fare age, Sponse, alijs tibi cur pralata ROSINA?
Quam ducas dignam nomine, sorte, toro.
Non, puto, sollicitis quod Rodet pectora curis:
(Hostibus eveniant omnia tanta malis!)
Sed quia labra madent vel blande Rore loquela:
Sive Rosa tractum nomine nomen habet.
Non, Veneris quod flore caput Charitea trigas
Cingat ei, roseas inficiatq; genas.
Sed quia ceu flores asperrima spina suavies
Fundit, & e medijs sentibus orta Rosa est:
Commoda conjugij sic hirtis undiq; spinis
Obsita; qua punctu non sine ferre potes.
Sunt admixta bonis sua damna: bonisq; potiri
Si cupis, e damnis illa petenda tibi.
Sic sua spina rosas tegit, & sic roscida mella,
Spiclo armata suo, sedula servat apis.
Audentes tamen ipse Dei iuvat. Ergo quid audes
E dumis nitidam carpere, Sponse, Rosam:
Laude ferere nova, felici germine quando
Hinc cernes vernas crescere mille Rosas.
Ac desideris quando illa levaverit astus,
Ardori capitis certa medela tui.
Despit ah, rosem nolit qui lambere rorem.
Rorat amq; rubis demere sponte rosam.
Ne tibi languescat sed marcida, rore rigabis
Sedulus: Eo latior imbre rosa est.

David Cocus M. Collegæ Collega
præsagiens S.

CVN. Pieridum, Venerisq; acerrime miles,
Carmina me frustri, frustri hymeneja rogas.

Dent

Dent carmen: faciles quis sunt in carmine Musæ,
Et quis flexanimam cedit Apollo chelyn.
Nostrum est hoc Epigramma: Rosas quo parturit annus,
Tot bona circumcant Te g, Rosamq; tuam.
Et simul ac novies Phœbe reparaverit orbem,
Exhilaret vestrum viva Rosella torum.
Sic ego: Tu mecum eternum veneraberis herum,
Ut clemens votis pondus inesse sinat.

M. Philippus M. Ioannis Superint. C. fil,
Mullerus M. S. f. Lips.

Incerta certa, vera fallax Flaminis
Rides sacrati oracula.
Mens? Vota vana, Fata rata, stoico.
Volvi revolvi & omnia.
Casu? dubijsq; conjuges amoribus
Vri putas Deo inscio?
Desiste: Doctâ stulta, sanâ diuina
Doctrina inunge pectora.
Rerum supremus solus unus arbiter
Creata cuncta dirigit.
Hic, matris alio inconditi dum claudimur
Calor nec ossa perfluit,
Suam cuiq; portionem destinat
Certosq; vitæ terminos.
Suam cuiq; suum cuiq; hic conjugem
Primò secundò & tertiò,
Legat legitq;, ubi post uterq; nubilis
Maturiores attigit
Annos, rogatus imperat parentibus,
Ignesq; amantium fovet.
Testatur Abramides, Tobias comprobat,
Et tu Tobia testis es,

Non dura Fati te tuamq; compulit
Rosinulam necessitas:
Divina sed summi patris benignitas,
Et cura Jovæ provida.
Ergo facesse nostri, Mome, carpere
Et dente rodere inido
Sponsam Tobiae, cum piæ Rosinulae
Sponso, logosq; contine.
Sed tu tuam roseos Rosinam protinus
Spirantem odores accipe
Cuno: Nec horreas, rosæ quo seminent
Inter, vepres densissimos.
Sic fortis: At ne rumpe chordam, suaviter
Modularie quâ post queas
Rursum rogatus expetita carmina
Sacrasq; cantiunculas.
Sic Filiæ sic Filij quamplurimi
Chorum juvabunt Musicum.

M. Georgius Cuno Prettinenensis:

Colle suburbano Divo sacra prominet aedes
Nicolo, sognè proximate tecta tenet.
Vere novo circum circa latissima rident
Tempe, mons, arbos, rivulus, hortus, ager.
Hic sibi creduntur Nympha posuisse cubile,
Clarius & Veneris spargere stellajubar.
Cvno Meus; comes alter ego, miratur amœnum
Tractum, calcatas itq; reditq; vias.
En tibi delicias, Flora redeuntis honorem,
Quam juvat hac itio! quam juvat iste locus!
Prolatis simplex ego D. A. V. V. S. in herco verbis,
OEDIPVS at clausum Cvno cor intus alit.

O si

Osi (nunc animus CVNONIS opertus apertus)

Ex multis mihi flos unicus esset, ait.

Hic ROSA pulcra viret, quam lingua Pelasga τείΦυλλον,

Sed cognomine Κλεη nostra vocare solet.

Hac sata stirpe bona, ramis decorata propinquis,

Culturaq; sacrum semper adepta genus:

Virtutum passim suaves diffundit odores,

Et bene, namq; pie, nescia labis, olct.

Hac si transportata, novaq; sit insita stirpi,

Mirificas forsan gigneret inde rosas.

Ilicet, me comitante, satoris tecta subintrat,

Expetit hanc, ambit, deperit, optat, habet.

Sic nōram qui seria, quiq; iocosa sodalis,

Inscius hic Sponsum, lusus & arte, sequor.

Nontamen in video roscam tibi, CVNO, ROSINAM,

Non mihi, sed favit pronuba Juno Tibi.

Nostin' amicorum communia sincerorum,

Omnia? Sed dirimit limes utrumq; sacer.

Ergo solus habet donum venerabile Jovis,

Gaudet dum virtus vivida membra regit,

Impiger irriguis perfunde liquoribus hortum,

Hac cultura rosas ubere fruge feret.

Anno nam redeunte ROSAM spectabis amicam,

Reptat ut ad patrios gemma novella pedes.

Ditior ecquis erit verd, si quolibet anno

Delicias animi, germina tanta metes?

Sic mellita domi vocum modulamina carpes,

Quis resonat toto dulcius orbe nihil.

Musica saepe chori dolor est, hac Musica vivit,

Imaq; flexanimo recreat ossa sono.

Sed quot ubiq; rosas, Ver, pulcra corona profundit?

Stellas quot rutilas ethra suprema rotat:

Gaudia tot vircant lecto mansura jugali,
Et nivea nitcant nubis egena face.
Ipse penus promis condus sit Jov a, bect qz
Pace larem; mensam polline: corda polo.
Nunc alia vitâ sis CUNO viriliter audax,
Audacem in Christo quemlibet esse decet.

Sponsi amicus
Iohannes Dromler Chemni-
censis Corrector.

CUNO, sis TOBIAS, tuo
Sit cordi pietas fixa medullitùs,
Emiraberis æmulam
Sortem cum TOBIA patreq;, proleq;
Pulsis sollicitudinis
Horrendis tenebris, surget ab æthere
Insperata dies, larem
Quæ lœtis hilarem plausibus obruet,
Hanc dā, JOVA, Catastrophen,
Infracto ut populus peccore clamitet;
Felicem ter & amplius
Qui fudit DOMINO CUNO, viriliter,
Felix & tua floreat
Aevum, non fragili luce fugax ROSA,
Atq; annis tibi singulis
Ridentis ROSULÆ germina proferat.
Ex intimis intimo; & collega suo fideliß.
boni omnis ergo f.

Elias Lesnicer Chemnicensis.

Ad Sponsum.

A BSENS si possem, coram quod posse putarem,
Dum celebras socij gaudia festa tori:

Quam

Quām tibi grata rer? Quām prospere cuncta precarer?
Et quām latice plurima signa darem?
Sed quoniam scribendo animum non prodere fas est.
Hinc cogor studium dissimulare meum.
Ut tamen agnoscas veteris vestigia amoris,
Sincero votum pectore promopium.
O quilegitimi flammam succendis amoris,
Magne Deus, sponsis dexter adesto novis.
Optata sortis largum implue desuper imbre.
Non tangant istum fata sinistratorum.
Effice fæcundos numerosa prole penates,
Quæ faciem patris lusit et ante sui.
Sponso vivacis cordi concede senectam,
Et sponsa cervi secula multa senis.
Ultima cùmq; ambos ad mortem traxerit hora,
Transfer ad Elysij regna beata poli.

Blasius Cölerus Cold. Al. Elect. Lips.

Aτρεκέως σφαλερῶς αδίδακτο οἰεῖαιήρ
ΝυμΦιδίης δαΐδητο τανεπάρχιον εἶναι δειθμόν,
Εἰ μόνον ή νύμΦη, τότητο ἄρχιος ηδέτ' ἐδωδή.
Αἴκε γδ̄ ὅτι θεὸς χάριν ἐγναλίζοι αὐτῷ θεν;
Οὐλειος γάρ τοι γάμοτο τέλεσθαι κακόχαρτο αἰλάσωρ
Τηδίως Τείχη νεονύμΦοις δέπιχορεύτοις
Η δόλον αλλοωρόσαλλον, ή ἄγκυλα μήδεα Φαινει.
Τγνεκεν, θνεκ ἐγώ κλητός σωδόρπιος, γάπ
Ψαυέβεναδιάματα ταύτης ταλάμηφι τραπέζης
Ικέσιω μύθω παρέπεχενίς βασιλῆτο
Αἰτίζω, νεότευκτο ὅπως γάμοτο οὐλειθού εἴη,
Συζυγίη τ' αἰμέρισθαι, αἰτεῖτο αἱροπόλη
Βέλπον ήτος γόδεν ταέλει ἐν τετράγυι κόσμῳ.

Johannes F. Kasten Regensburgensis.

AD

A D S P O N S V M.

Rogas me, Amice; versus, Illamq; saviorum
Versusq; Nuptiales, Resectionem, & illas
Sponsam tibi pueram Morsiuncularum, & illas
Qui ducitent ad aram! Persiuncularum, & illas
Quâ, CVNO, mente possim Quas expediri amorum
Quâ lingulâ negare? Magistra vult Cithériss,
Vel hos Anacreontes, Has, in quo, expeditas
Versus minutiore, Dato expeditiones.
Versus inelegantes?
Quos lege copulavit, Nunc arva succulentia
Pari jugo jugavit Cole gnaviter Roseti,
Amor fidesq; vera: Et diligente cultu
Pare lege copulati, Subinde cultiora,
Pari jugo jugati Subinde lætiora,
Juges manete soles. Subinde fructuosa
Fac fructuosiora.
Sis, Sponse, in inchoato, Carpes ita annuatim
Felix amoris igne, Fructus feraciore,
Sponsamq; virginellam Fructus amoeniores,
Amiculo favore Et plumulas tenellas,
Reciproante amore Virgunculas Rosillas,
ROSINA Mamare perge. Rosæ ænìulas Rosillas,
O Sponse vive lætus. Virunculosq; flores,
Menses, dies & annos: Et pupulos novellos.
Menses, dies & annos Devs tori verende
Sed vive Nuptiales. Jugalis architecte,
Nunc Cuno sis, tuamq;
Sparten virilis ornes:
Illamq; basiorum, Hos sospitate, rerum
Successione faustâ,
Connubij gemellos
Bea usq; CANDIDATOS.

David Vulpius Limpachensis.

Nempe

NEmpe est DEVS, qui res hominum adspicit,
O stoici, nec vestra necessitas.

Hilum valet, quicquam regit nec
Sors levibus male-fida pennis.

Is cuncta didit numine libero,
Auspexq; verus conjugij cluet:

Is punit incestum, atq; Sirens

Quostrahit in Venerem impudica;
O quam locis hic dissita dissipata

Persæpè corda adducit, & injuges

Arctè jugat soldo- perenni

Rex hominumq; Deumq; nexu,
Quid cogitas, Sponse, & capite annuis?
Calclo tuo num vis etiam dare

Ipse approbatum hoc? annue: ipsa

Jam venit, annuit & Rosilla

Huic fige labris mitia savia, &

Adverte semper dulcacidum latus:

Nil est pericli hoc in duello:

Arma cape, & nova signa, miles.
Sic nocte-lucens quum novies suum

Exegit orbem Luna: domus ruet

Impulsa longum, mente victor

Et spolia ampla feres ovante.

Iohannes Braun Mugelensis Alum.

Elect. Lips. f.

Ἐπιθελάμιον.

SVasore cuncta rege coelitum bona

Geri putamus alite.

Aequis triformem legibus qui temperat

Mundum; boni largus dator.

An

An ille supplici voto, cave hæreas,
Aures amicas applicet,
Affinis ô amate plurimum Deo
Iuganda jam nunc & soror,
Pacemq; mitem conjugI det, & tibi
Felicitatem plurimam.
Quæ Saga solvet copulam sævissimo
Dracone vel crudelior?
Furorne Turbatoris, an vis acrior
Pestem parabit conjugI?
Et vos, preces nam funditis multas, Deo
Juvante, vincetis malum.
Adest olympi gens felicis, præsidI
Latura vobis plurimum.
Lucis jugalis en festiva gaudia,
Precesq; ad optimum Patrem.
Ut cæteri sint delibuti gaudijs.
Oportet hos me vincere.
Partes propinquitatis, atq; sanguinis
Quòd si tueri cogito:
Dives precandi adest mihi jam copia
Poli, soliq; præsidem.
Hanc non priùs resolvat vltimâ dies
Amor jugalis copulam.
Crescat domus, longævitas vitæ, sit &
Prolis ferax conjunx novæ.

Christianus Cleë Chemnicensis
Sanguinis ergo.

ANA.

ANAGRAMMA.

(Vne T
uose in s.)

T O B I A S; R O S I N A.
N O T A T I B I R O S A.

Q Vòd tu Chemnitij decus patrii,
Q TOBIA, meliciq; temperator
Salutari chori, Choro novemplici
Acceptum referes Hyantiaruni,
Quæ tam splendida strenuo brabéa
Reservant pugili suæ palestræ.
Et quod jam tricoloribus thymetis,
Et quod millecoloribus rosetis
Florum luxuriantium amputator,
Quos isthic Venus educat pudica,
Sollers perfrueris, cluesq; sponsus
Nunc Jovâ auspice conjugationis
Istius; licitum parenti amorum
Acceptum referes id, atq; castis
Hortorum Veneris referri alumnis
Tam formosa loquere dona, tamq;
Illibata. Sed amplius profabor
Jam, quæ nota tibi est, Rosam tenellam!
Certè N O T A T I B I R O S A est, jugali
Cûi gestis hodiè toro jugari.
Ergò gratulor hiscemet Phalcucis
Pacti conjugalis auspicatos
Actus, Sponse tibi tuæq; Sponsæ.
Exactaq; ter hinc mora trimestri,
R O S I N E L L A novella, masculusvè
Novellus bene culto agro R O S I N A E
Mox progerminet, his precor Phalcucis.

David Pærnerus Chemnicensis.

B

Multum

Multum est Mygdoniis regnum Alyattici
Campis continuare: aut ebur Indicum,
Vel Crassi bona cuncta.
Arcâ condere propriâ.
Fulgens fama tamen, nominis & decus,
Quod vitans Libitinam, usq; ferit poluns
Longo tempore durat
Largis & melior bonis.
Sed nil: doctisoni pectoris, optima
Res est, cultus honor, stue animi vigor;
Hic excellit opimas
Gazas, nominis & jubar.
Felix omnium, terq; beatus est,
Quem Jovis altitonans hisce tribus beat,
Sed nunc forte rogabis,
Annè hic esse miser queat?
Si turpis Jezebel conjugij sacrum
Illo cum sociat fædus amabilis:
Nam post monstra patentis
Orci, post Stygium Deum
Nil uxore mala pejus & atrius.
Hæc cuncti sceleris, flagitij & caput!
Hæc est omnis origo
Litigij & stomachi trucis.
Ergo præ tribus his uxor amicula
Est multi pretij, est & pelagus boni:

Post

Post summumq; Tonantem.

Conjunx, optimares, probas.

Hac si quis caret, infaustus; at undiq;

Felix, si quis habet: secula suavia.

Toto tempore vita

Hic uxore bona videt.

Hæc dudum meritus jure bono trias,

Iam quartumq; dedit cuncta movens Devs.

Pactum namq; jugale

Dulci cum sociâ subis.

Annon omnimodis, sponse, beatus es?

Felix hæc igitur possideas bona,

Prolis conspiciasq;

Longâ stirpe propaginem.

Donec regna petens stelligeri poli

Sanctis Christicolis quæ DOMINVS dabit,

Vivas tunc quoq; in axe

Felix sponse polo & solo.

Andreas Eisentraut Pegaviensis,

S. S. Theolog. Stud.

Ceu redita uricomus post tristia nubila Titan,

Post Hyadasq; Jovis prospera stella micat:

Sic & post gemitus multos, querulosq; ululatus,

Quos peperit, sævâ morte soluta, parens,

B 2

Læticia

Ka 5993 DK

Læticia exoritur, tua dum tibi Sponsa ROSINA,
Sponse, venit casto consocianda toro.

Rumpe moras ergo; SPONSAE oscula dulcia fige,
Nec cessa tædis latus adesse tuis.

Qui D E r s æ terno vos consociavit amore,
Hic etiam diâ cœpta secundet ope.

Crescite fœcundi fœcundo germine, nec non
Divinus vestro germine crescat honor.

Vincite cornicem vivendo, & Nestoris annos,
Seu quicquid rerum tempora longa terit.

Vivite concordes; omni sit tempore vobis
Velle duobus idem, nolle duobus idem.

Volum.

Georgius Engeler Bucholdinus, Al.
Elect. Lips. deprop.

F I N I S.



REINHOLDIUS

m.c.

AN. 239/24

X 2047

awl ḍew te nq

Г А М І

N_u

Viri, pietatis, crudelium laude o

Dn. TOBI
nis patriæ Schola
—
niëij, Cantoris &
S P O

Lectissimæ, pudicæ
ROS

Viri Reverendi atq; D
Cleë, Ecclesiastæ a
Chemnicense

Celebratis die 25. N
M. E
C O N S
Piæ animi devotionis
College

LIPSIAE, Abram

